

APPROBATIO

ADMODUM REV. PATRIS

SYMPHORIANUS A. ANDREA

Definitoris Generalis RR. PP. Carmelitarum Discalceatorum, olim Sac. Theologiae Professoris,

Proptera accuratam de mandato Reverendissimi Patris Magistri Sacri Palati Apostolici Legionis Operis, cui Titulus : Clementina Unigenitus a nuperis Anonymi Auctoris dubiis vindicata &c. Auctore Rev. P. Mag. Pio Vanden Dyck Ordinis Pradicatorum, Theologo Cafantenisi, Belga &c. non solum nihil in illo vel Fidei Catholicae veritatis, vel morum puritatis contrarium; quin et contrario Constitutionem Unigenitus Dei Filius a Clemente XI. anno 1713. contra errores Paschali Quenelli editam, efficaciter vindicare, & veritatem Catholicam contra propositiones Quenelli condemnatas, apprime, & luculentem astrarere reperi; juxta solidam & inconcussam SS. Augustini & Thomae dogmata: ideoque & legentibus maxime profuturum, & hoc tempore typis mandari dignissimum censio. Salvo semper &c.

Datum Roma in Conventu nostro SS. Theresiae & Joannis a Cruce Ord. FF. Carmelitarum Discalceatorum hac die 3. Octobris 1737.

APPROBATIO

ADM. R. PAT.

BENIGNI A JESU

RR. PP. Carmelit. Excalcentorum Defin. Gen. quondam in Universitate Lovaniensi Sac. Theol. ac Sac. Scriptura Professoris,

De mandato Reverendissimi P. Sac. Pal. Apof. Magistri, exacte & magna cum voluptate perlegi Opus cui Titulus : Clementina Unigenitus a nuperis Anonymi Auctoris Dubiis vindicata &c. Auctore Fr. Pio Vanden Dyck Ord. Pred. Theologo Cafantenisi, Belga, nihilque in eo inventi Orthodoxa Fidei dogmatibus, aut morum restituti congravium; aut aliquid, quod ulla censura mereretur inuri, adverteri. Quia in eo ingenio demonstrata Auctor prefatus, contra Auctorem Theologie Supplicis, Quenelli propositiones, Constitutione Apostolica Unigenitus damnatas, non tantum omnino alienas esse a Doctrina SS. Patrum & Ecclesiae Doctorum Augustini & Thomae; sed vix unum esse, qui cum Baii, Janfenni, Lutheri, & Calvinii, aut cum Wicleffi, Huffii, Erasmi &c. non incidat erroribus & doctrinis. Ne igitur Lectores utilite, quam ex hujusmodi libri Lestione sunt relaturi, fraudentur, ideo Opus hoc publica luce prologue dignum existimo, falvo meliori &c. Datum Roma in Conventu nostro SS. Theresiae, & Joannis a Cruce die 3. Octobris 1737.

Fr. Benignus a Jesu.

IMPRIMATUR,

Fr. Jo: Benedictus Zuanelli Ord. Pred. Sac. Pal. Apostolici Magister,

Fr. Symphorianus a S. Andrea,

CLE-

CLEMENTINA,
UNIGENITUS.A nuperis Anonymi Auctoris dubiis
VINDICATA

Hoc est,

THEOLOGIA SUPPLEX REFUTATA &c.

PRAEFATIO.

Prodiit non ita pridem libellus Anonymus specioso hoc insignitus titulo. *Theologia Supplex coram Clemente XI. Pontif. Max. Clementina Constitutionis, Unigenitus Dei Filius &c. Explicationem atque intelligentiam submissae rogans &c.* Coloniz MDCCXXXVI. Tam speciosum titulum huic operi minus apte congrue, indicare nobis illius Auctor voluisse videri potest, cum nomen suum frontispicio subtraxit. Enim vero, qui supplicat, & eo modo quo decet, id est humiliter, sincere, venerabundu supplicat, non habet, cur nomen oculet suum. At qui male agit, odit lucem: unde subtraxit illa nominis, quasi indicum est delinqutis. Et vere talem potius inveni Auctorem, quam Supplicem. Vix enim paginam percurrire est, quia ad quemlibet passum offendit dubitantes, fitne per Constitutionem Unigenitus damnata sententia aliqua Sacra Scriptura, aut Sacrorum Conciliorum, aut SS. Patrum, praesertim clarissimorum Scholae, quia & Ecclesiae Luminum, hodiernae novitatis fulminum, Augustini & Thomae; aut purioris Moralis professorum? Quod quid aliud est (uti recte observarunt Clementi XI. in Breve Pastoralis Officii &c.) quam dubitare, Erraverinte Sedes Petri in Clemente, Romana Ecclesia particularis, quin & Ecclesia Catholica Universalis, Constitutioni Unigenitus adhaerens? Et talem libellum vocabimus Supplicem?

II. Ea propter speravi fore, ut quispiam e tot nobilissimis ingeniis, quibus Italia, praesertim Roma abundat, libellum hunc merita responsione refutaret. (a) Verum huc usque, cum nihil, quod sciam, comparuerit, quidquid huic libello, non meis viribus, qui omnium sum Theologorum infimus, sed bonitati causa, quam defendo, fretus, responsum dare constitui. Hoc tanto alacrius aggressus sum, quod Constitutionem Unigenitus, tum ex se ipso, tum ex eis qua haec occasione a Romana Cathedra processere oracula, summe honorificam ac proficiam Scholae Augustino-Thomisticae dudum existimaverim. Notum quippe omnibus est, Quenellum erroribus suis larvam Thomisticam conatum impunere. Detractit hanc Constitutionem Unigenitus, dum articulos in variarum olim damnatarum Haereticorum, non in Thomistarum, sed Jansenii praesertim sensu damnatos, clarissimis verbis affirmat: *Omnis & singularis propositiones praiservias, verba sunt Conf. Unigenitus, tangunt falsas... ac denum etiam hereticas, variaque hereses, & poissimum illas, que in famosis Jansenii propositionibus, & quidem in eo sensu, in quo haec damnatae sunt, manifeste innovantes... damnamus & reprobamus.* Disputuit non modicum Quenellus, ac sequacibus eius, tam aperte a Clemente XI. rufivis lucem a tenebris. Nube parvarum gratiarum, vocetenus sufficientem; voluntatis antecedentis, sed sterilis, & neficio quibus alii doctrinam suam obtegeret: si forte quispiam Ixion pro Junone eam amplecti dignaretur. Succedit illi auctura fraus quadamtenus. Sed adverbit id illico Clemens, nec parum indoluit; prompto remedio graffanti malo occurrit, edita Constitutione Pastoralis Officii &c.

III. In hac non contentus dixisse, se Jansenianam, Quenellianamque doctrinam ex orbe catholicis proscriptisse; Thomisticam vero etiamnum tute in Orbe, & Urbe commorari; id insuper addit: Quenellum, ejusque gregales, ipsos se jam olim ab illis, quas advocabant Scholis, eorumque Principibus segregare fecisse: faltoque tali in nomine gloriari: *Nisi ab antiquis semitis, Sanctorum Patrum vestigis, immo ab EARUNDEM SCHOLARUM INSTITUTO, QUD VERBIS profiteritur, RE IPSA RECESSISSENT &c.* Quid, quod ipse Clemens, post editam Sacrosanctam Constitutionem, Thomistam se professus fu? Lege si lubet Epistolam Archiepp. & Episcopis Galliarum scriptam, fatebere, quod dico: (20. Novembris 1716.) *Cum vero, ait, sufficientiam nostram EX DEO esse proba agnoscamus (en gratiam Thomisticam sufficiem) effundamus priuon coram illo corda nostra, jugibus lacrymis & precationibus clamantes, ut respiciens de celo, & visitans vicinas istas, supereminente inibi diffidiorum ziranis penitus exellat, detque voci vestre vocem virtutis: renentes autem Fratres Spiritus sui dulcedine perfulos ad concordiam FLECTAT, atque ad obedientiam ADDUCAT (en gratiam Thomisticam efficacem) in laudem glorie GRATIE SUÆ &c.* Adde his eam phrasim, quia Clemente XI. Epist. ad Ducem Aurelianensem, Gallia Regentem, usus est: (Die 23. Novem. 1716.) *Consci enim, inquit, probe sumus, & fiduciam habemus ad Deum, quamvis catholice fidei veritatem, & Ecclesie unitatem servandam unice ante oculos habuerimus, nullis Nos debere, nec POSSE aut perturbare.*

Serry Tom. V.

I

i

(a) Nondum videram Colloquia Patavina.

turbationibus concuti, aut periculis deterri. An aliter loqueretur Thomista juratus? Quid hic com- memorem alia, que schola nostra Augustino-Thomistica ex Constitutionibus, ab Apostolatus Specula emissis per Benedictum XIII. ac Clementem XII. fel. regn. accedere decora? Adeat harum rerum cupidus insigne opus, quinque confitans tomis, Reverendissimi ac Sapientissimi S. Theol. Doctoris, M. Cajetani Benitez De Lugo, Consulorius in Congreg. Sacrorum Rituum, ac S. Romana, ac Universalis Inquisitionis Romana Qualificatoris: inventer luce meridiana clarus demonstratum, Caracteristica puncta Schola nostra Augustino-Thomistica tantum non transisse in canonem &c. Hæc sufficienter, ni fallar, ostendunt, Constitutionem Unigenitam honorificentissimam accidere Schola nostra. Fuit etiam maxime proficia: quod hac fortassis occasione insigne privilegium conferendi Academicos gradus, etiam Secularibus Adolescentibus, Scholas nostras frequentantibus, olim a Gregorio XIII. R. P. Provincia S. Antonini de Novo Regno in Civitate S. Fidei concessum, Clemens XII. quem diu fospiter Deus, ad omnia studia, Conventus, & Universitates praefati Ordinis Nostri, de novo extenderit & concederit ut latius patet in Brevi ac de expedito 5. Kal. Sept. 1733.

IV. Movit me quoque, (a) quod Auctor *Theologie Suppliis*, SS. Ecclesie Patres ac Doctores Augustinum & Thomam, quasi Quesnello faventes exhibeat, dubitetque, fuerint illi una cum Quesnello per Clementem XI. Constitutionem proscripti. Affutum calaminiandi artificium, recentissime a Clemente XII. fel. Reg. sub cenfus ecclesiasticis veritum. Magnopere dolemus, inquit Pontifex, in Brevi *Apostolicae prouidentiae*, Dato 2. Octob. 1733., tenebras a diffenfoni filii offusas nondam ex quortundam mentibus fatis est diffessa: sed per quæ etiam nunc intolerabili pertinacia contendere censuram laudata Constitutionis doctrinam Sanctorum Augustini & Thome de divina gratia efficacia esse perficiam. Ut igitur nullas caritatis partes ad revocandas errantes Nobis reliquias faciamus, universis & singulis Christifidelibus quamcumque dignitate, etiam Episcopali, & majori fulgentibus in virtute sanctæ obedientie districte precipimus, & sub canonicis penit mandamus, ne disputantes, aut docentes, sive in concionibus, sive scriptis editis, sive alteri propositiones defendant, aut enunciare, que antedictas novatorum calumnias **FIRMARE, AC PROMOVERE POSSINT**. Præcipuum tamen quod me impulit, hoc fuit: præparare quoddam antidotum, contra venenum quod addat lectoribus suis *Pseudo-Theologia Supplex*. His de causa, alacri animo, hanc tutandæ Sacrosancta Constitutioni, quantum exigue mea vires permitterent, accessi. Tutanda, dico, non contra aliquos momenti rationes, sed factos scrupulos, seu mavis, vitilligitationes, immo dolos ac fraudes Anonymi Auctoris. Qualiter autem processerim, non erit inconveniens hic Lectori indicare.

V. Prius ergo quam perges, Lectio, & sequentes lineas, atque tum postea caput primum ac secundum, priusquam ulterius progrediare, evolges, ac attente considerabis: non, puto, te poemebit. Licit apud omnes catholicos certum sit, doctrinam SS. PP. ac Ecclesie Doctorem Augustini & Thomam immanni a damnatis erroribus Quesneli tutam esse discrimine, illudque ipsum demonstratum sit innumeris doctissimorum virorum scriptis; quos inter ex Ordine nostro computare possumus. Dujardinios, Van Billios, Rantios, Poelmannos, Nicolios, viros in Ordine ac Lovaniensi Universitate gradibus Academicis (ultimo ad Duacensem spectat) ac gestis præclare Provincialatus, ac Vicariatus Apostolici officiis, indignis, idem quoque declaraverint Romani Pontifices omnino quatuor, Clemens XI. Innocentius XIII. in epistola ad Ludovicum XV. (24. Martii 1722.) Gallia Regem declarans se inhærente menti prædecessoris sui, Benedictus XIII. ac Clemens XII. feliciter regnans, quia tamen Auctor *Theologie Suppliis* etiamnum circa hoc angit videtur, ostendendum fuit timorem ejus, si fictus non est, panicum omnino esse. Quapropter, ubi ipsi videtur cum his Patribus Quesnellus convenire, ostendo longissime recedere ab iisdem; atque damnatis pridem ab universa Ecclesia hæreticis accedere: immo eorumdem hæreses resuscitare. Hoc enim paſto, putav, me, & Constitutionem Clementinanæ egregie defensurum, Auctori *Theol. Suppliis* omnem timorem adempturum, Augustinum & Thomam, eorumque insignem scholam abunde vindicaturum. id est, una fidelia plures dealbatur paries. Enimvero si Quesnellus veteres errores & hæreses suscitat, jam se ipse, priusquam a Clemente XI. damnaretur, damnationi involvit; nec poterunt Quesnelli evadere, iisdem rebus involuti, nisi respiciant: confitabit Auctori *Theol. Suppl.* non SS. damni Patres, sed veteres hæreticos, in Quesnello reditivos: Augustinus, quem (verbा fuit Cælestini R. P. ad Episcopos Gallia) in nostra semper communione habuimus, nec UNQUAM finis suspicitionis SALTUM rumor aspersit; & Thomas, qui Verbo Dei Scripto & Tradito innixam scientiam tradidisse assertur recentissime Clemente XII. atque omnes hæreses ad bac usque tempora prædamnasse, confirmatur: eorumque Schola, vulgo Thomistica, amplissimo privilegio, & virtutis Magistrorum suorum confirmatis laudibus ac eodem Pontifice Clemente XII. illuſtrior & commendabilior redditia, ab omni proſsus ſufpiccionis umbra præve immunes erunt.

VI. Huic ergo rei quasi principalius infinito. Non quod SS. Augustinum & Thomam nunquam oftendam Quesnello adversos; sed quod id faciam fere occasionaliter: nec omnia scripferim quæ potuisse circa hoc punctum adducere. Non tamen nihil scripsi; quantum scilicet, meo iudicio, adducendis aut reducendis a contrario opinione non omnino protervis sufficere posſit. Illud vero quod dixi principale propositum, hac brevissima via me confeaturum speravi; si nempe sensum naturali & obviūm propositionum Quesnelli sollicitate indagarem, & Lectori nitide & clare, quantum possem, & tenebra illa patiuntur, ob oculos ponerem. Sic olim S. Fulgentium contra Faustum scilicet Felicianum in ejus vita nobis auctor est. (Cap. 28.) Cum eos libros, inquit, Faustus subdolo sermone compoſuerit, favens occulte Semipelagianis, sed carbolicus tamen videri volens, Fulgentium ait, plus laboraſſe expōnere quam convincere: quia dubios sermones ejus expōnere, hoc erat delirantiū argumen- ta convincere.

VII. Ut autem in sensu illo indagando certius procederem, non parum operarum impendi, in praescribendis mihi ipsi certis regulis: volevendoque varias Romanorum Pontificum Bullas, opus etiam S. Augustini De Gratia Christi contra Pelagium, deprehendi summos illos viros vel ex connexione propositionum aliquarum ejusdem auctoris inter se, vel ex circumstantiis persona loci & temporis, vel ex aliis ejusdem auctoris operibus, aut ex ejus discipulis, vel associatis &c. sensum propo- ficio.

(a) Verbo Dei scripto & tradito innixam scientiam.

sitionum quas damnabant collegisse, Horum statui sequi exemplum: *Auctores imitare bonos, hac regula certa est.*

VIII. Quo ad Auctorem *Theologie Suppliis*, illum qua potui lenitate tractavi, in votis habens eum luci facere, non irritare. Et quamquam hinc inde forte verbum aliquod duriusculum mihi exciderit, id infirmat mea velim adscribar, non rancori, aut vindicandi libidini, aut eum exacerbandi. Neq; dubito, si corclus est, quin id mihi facile sit condonatus; cum ignorare non possit, meritum se esse auctori lixiva perficari. Uptote, cuius libellus supplex eo modo scriptus sit, ut ne a patientissimo quidem sine indigatione evolvi possit. Ecquis enim patienter legat priuatum Theologum, nomine totius ordinis Theologici dabantur, fuerint per Constitutionem ab univer. Eccl. acceptata, tamque dogmaticam, damnata Sacra Pagina, proscripta Concilia, censurati Patres, cauterio iniusti purioris moralis magistri? Ne David quidem cum tota sua manuſtatione insultantem castris Dei viventis Goliath ferre patienter potuit. Quis, obijcentem truncationem, falsationem, truncatorem ipsum & falarium? Hoc ipsi manuſtudini extortis formidabilia verba illa: *Phariseo cœce, munda prius quod intus est calix & parepsidis;* ut fiat & id quod deforis est mundum. Quis SS. Patrum sententias multilatent, ut invitos in damnatos sensus trahat? Quasi, inquit alibi Hieronymus, grande sit, & non visissimum dicendi genus, depravare sententias, & ad voluntatem suam Scripturam, Sauctos Patres, trahere repugnant, repugnantes. Quis toleret promittentem parvam, nitidam, castam explicationem per singulos articulos, saepe tamen naturalem sentum omittentem, & exoticos, fictios, quorum nec vela reperitur nec veltigium, obtusum? Hæc tamen & alia commisere Auctorem *Theologie Suppliis*, vel ipse, si hoc opusculum mente serena legere voluerit, & quicunque alius, facile deprehendet. Non dico illum studio & dedita opera similia perpetrasse, abit: malo interpretari ei fuisse sub vel obrepsum. Scilicet, evoluerit aliqua damnata opuscula, olim in Quesnelli defensionem scripta, quibus ille nimiam fidem adhibuerit. Quod si ita est, aperiā tandem oculos, nubemque sibi objectam depellat: melius est sero sapere quam nonquam.

IX. Licit vero hinc inde occurrent quæſtiones non contemnenda, quia tamen ad præsens intentionem parum aut nihil facient, eas præteri & omisi: quod & Augustinum aliquando fecisse enucleare solvere nolu, ne nimium longum opus esset.

X. Habet hic, benigne Lectio, rudem hujus opusculi ideam. Eo tu utere, & pro me ora: præfertim si deprehendas me alibi errasse; ut errorem quam certissime agnoscere & corrigerem valeam. Errare me posse sois, ut ne hæreticus fiam proderent preces tuae. Interim vero quidquid scripti emendationi & correctioni Romani Pontificis, id est, Cathedra S. Petri Subiectio; dicens cum S. Hieronymo Epis. ad Damasum: *Ego nullum primum, nisi Christianum sequens, BEATITUDINI TUÆ, id est, CATHEDRÆ PETRI, communione consocior: super hanc Petram adiunctam Ecclesiam scio.* Quicunque extra hanc domum agnum commederit, profanus est: Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio.

XI. Prius tamen quam finiam, monendum Lectio: ne Auctorem *Theologie Suppl.* habeat pro Thomista. Nempe Thomismi, inter alia, character est, indissolubilis adhesion, & summa veneratio erga S. Sedem Apostolicam, in quam Auctor ille haud leviter injurias est. Quin S. Thomas si in terris etiamnum degeret, similemque virum se discipulum suum jaclantem audiret, nullus dubito, in eum vibrarer, quod in janos & fictos homines, non sine sancta indignatione solebat. Aut ego quod apparet, aut appare quod erit. Nihil magis Augustinianus est, quidquid jaſter: nisi Irenem, non Hipponensem Augustinum intelligar. Huic enim sat olim erat, Roma reſcripta venissent, ut causam, quæ ventribatur, finitam dicere: Luposque appellabat ubique invenientur conterendos, qui contra suis fuissent multis. Hæc semper inviolabilitate observarunt veri Thomista, S. Dominici filii: cujus rei non modo exempla innumerata, sed superficies etiam cicatrices, si opus foret, possumus demonstrare. Ut ille nec Dominicanus, sive Ordinis Predicatorum Professor, & SS. Augustini & Thomæ discipulus haberet debeat, aut posset, qui, quidquid dicat, aut fornicatus appareat, hanc regulam inviolabilitatem non sequitur.

XII. Secundo, sèpius in hoc opusculo contingit, ut allata in uno §. auctiorates, qua Sacra Scriptura, qua SS. Patrum, deserviant ad confirmanda dicta in aliis §§. Id hoc consilio factum arbitrii dignabitur 1. ne, si omnia quæ in confirmandis dictis quolibet §. in singulis adducta fuissent, volumen nimium excreceret, atque ex opusculo evaderet opus. 2. Ne eadem sèpius repetendo, radio lector afficiatur 3. ut unus §. alterius confirmationis deserviat, solidiusque inter se cohærent. 4. Ut Lectio ipsius industria aliquid relinquantur; solent enim quæ ipsi reperimus ultra oblatis effigientur. Eadem ob causam hinc inde certas omnis reflexiones, quæ ex dictis naturaliter sequentur. 5. Tandem, ut inde stimulerit ad totum opusculum a capite ad calcem evolvendum.

XIII. Quod si aliquando eidem propositioni variis sensibus, ac diversos affigam, quam alii Auctores hac de materia tractantes: nullum inde pro Quesnello commandum erui potest: quippe id, illius propositiones variis erroribus gravidas, minime innocentes esse, signum est evidentissimum; præsentum si attendatur, omnes illos sensus, a me affigatos, ex ipsiusmet Quesnelli verbis, satis evidenter, ut puto, deduclos esse. Vale.